

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 11. E Gigantibus, vt ex omnibus alijs magnis rebus, Dei gloriam magis
elucere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

& tanti fuisse roboris, vt equum, sine fræno, incitatissimè currentem, transuersam trabem amplexus, coxis cruribusque ventrem eius constringens sisteret. Quod etiam de Carolo Gonzaga inter nostri temporis heroas legimus. Talis erat & Aenotherus gigas ex Durgia Sueviæ pago oriundus, qui, vt scribit Auentinus, sub Carolo Magno militauit. Is manu tam strenuus erat, & robore tam firmus, vt hostes in modum fœni demetere, & in morem auicularum hastâ velut cuspide fixos suspendere soleret. Quanta vis est in talibus,

Iudic. 5.7. tanta calamitas est, si dici possit: *Cessauerunt fortis in Israël.* Phryges, non Phrygiæ, in bello, exiguntur, & qui tela, non telas tractare didicerunt. Saul in regem eligendus,

I. Reg. 9.2. ab humero & sursum eminebat super omnem populum. Sub imperio magni Can regnum est, in quo moris est, eum eligere in regem, cui sunt prolixissimi vngues, vt scribit Monteuanus. Putant enim magnos vngues indolis aquilinæ, & fortitudinis esse argumentum.

§. XI.

E Gigantibus, ut ex omnibus alijs magnis rebus, Dei gloriam magis elucere.

Acce-

Auentin.
lib. 4.

Monteu.
pag. 250.

Accedit ad hanc utilitatem, quod è Plin. lib.
grandibus his diuina quoque gloria gran- 34. hist.
descat. Famæ caussa, moles excogitata vi- nat. c. 7.
demus statuarum, quas colosso vocant, turri-
bus pares. Præcpuæ autem magnitudinis &
laudis fuerunt, apud Rhodios, apud quos
maximè celebratus est is, qui Soli sacer est
habitus. Ut ab imaginis suæ enormitate
maiestatem sibi ficeret, ipse Nero colosseū
se pingi iussit. In Ægypto structuræ ex Idem lib.
quadratis lapidibus admirandæ, & vltra 36. 5.
omnem excelsitatem, quæ manu fieri pos-
set, fastigiatæ fuerunt, pyramides dictæ, sub
quibus reges sepeliri voluerunt, vt magnos
ibi fitos esse, tumulorum ostenderet ma-
gnitudo. Et palatia alta quid aliud loquuntur,
quam à magnis ea dominis fuisse ædi-
ficata? Est autem & homo quoddam ædi-
ficium, vt Hebræi loquuntur. Laudabilis
est igitur in magnis corporibus hominum
Plasmator, & quidem magis, quam in
pueris colostratis, aut viris euiratis. Vt
enim in cælo maior quædam dignitas ap-
paret, quam in terra, quæ est instar puncti
cælo comparata; ita quoque viri grandes
atq; fortes aliquid dignitate plenius præ-
se ferunt, quam pumili, qui tantum fru-

stum esse , aut punctum hominis videntur.

Etsi enim etiam in paruis magnus sit Deus,

Luc. 19. 3. vt diximus, & Zachæus *statura pusillus* animo fuerit excelso, tamen oculi mortales rebus magnis magis implentur, quibus a-

Psal. 110. spectis , pronissimum est dicere: *Magna opera Domini.* Rarò audiuntur homines

2. staturæ procerioris optare, vt sint breuiores ; breuiores autem id sæpiissimè optant,

Luc. 12. vt sint longiores. Sed quia nemo nostrum

23. cogitando potest adiçere ad *staturā suam cubitum unum*, calceus subere altissimo subsu-

tus debet implere, quod pedi deest ; vt quæ

natura breuem fecit , sutor faciat longi-

orem.

§. XII.

*In Samfone, meliore Hercule, quantd decora,
donaq₃ Dei conspecta sint?*

Psal. 144. Quoniam igitur *magnus Dominus* , &
3. laudabilis nimis , & magnitudinis eius non est
finis , etiam magna quædam vel corpora,

vel robora voluit esse in Mundo. Idcirco,

Gen. 6. 4. ante diluuium *gigantes erant super terram*,

Deuter. 2. & post cataclismum laudati sunt *Emim*,

10. *populus magnus* , & *validus* , & *tam excelsus*,

ut de Enacim stirpe, quasi gigantes crederen-

2. Reg. 21. *tur.* *Og quoque rex Basan de stirpe gigan-*

18. *tum*